



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Ingratitudo tria mala facit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

Idem. Tolle inuidiā, & tuum est quod  
habeo. Quartum est, quia auferit ho-  
mini proximum. Vnde ait Vgo de san-  
cto Victore. Superbia auferit mihi  
Deum, inuidia proximum, ira me  
ipsum.

*Inuidiae remedia sunt duo.*

Greg. **P**rimum est, ut homo amet eabo-  
na, quæ possunt haberi à mul-  
tis. Vnde Gregorius. Qui liuo-  
ris peste carere desiderat, illam here-  
ditatem diligit, quam coherendum nu-  
merus non angustat & omnibus una  
est, & singulis tota. Idem. Imminutio  
liuoris, est affectus surgens interaz  
dulcedinis, & plena mors eius est per-  
fectus amor eternitatis. Idem. Viru-  
stus per hoc quod in terris nil appe-  
tit, alienis profectibus inuidere ne-  
scit. Secundum potest esse cogitatio  
malorum, quæ ex inuidia oriuntur, &  
est in præcedenti capitulo uidere.

*Ingratitudo tria mala facit.*

Bern. **P**rimum est, quia Deus eam o-  
dit. Vnde Bernardus. Ingratu-  
do hostis gratiæ est, inimicala-

litis. Dico enim uobis quoniam pro  
meo sapere, nihil ita Deo displicet,  
præsertim in filiis gratiæ, in homini-  
bus conuersio[n]is, quemadmodum in-  
uidia. Secundum est, quia bona iam à  
Deo accepta auferri facit. Vnde P.  
Augustinus. Quod Deus dederat gra-  
tis, tulit ingratis. Idem. Nemo est do-  
nis Dei beatus, qui donanti extitit in  
gratus. Tertium est, quia impedit ea  
bona, quæ darentur homini, nisi fuis-  
set ingratus. Vnde Gregorius. Non  
est dignus dandis, qui non agit gra-  
tias de datis. Et Bernardus. Ingratu-  
do est uentus urens, siccans fontem  
pietatis, rerum misericordiæ, & fru-  
menta gratiæ. Idem. Vias enim ob-  
struit gratiæ, ubi fuerit illa iam gra-  
tia accessum non inuenit. Idem. Ni-  
hil augetur ingrato, sed quod accepe-  
rat ei reuertetur iu pernitiem.

Auguſ.  
Idem.

Grego.

Bern.

Idem.

Idem.

Idem.

*Inobedientia fugienda est  
propter tria.*

**P**rimo, quia Deo displicet. quod  
potest cognosci tribus rationi-  
bus. Primo per mortem cius,  
quia ut sanaret primâ inobedientiam  
mori uoluit. unde potius debemus  
timere inobedientiam quam mortem